



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 28. Odoardi Farnesii Cardinalis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

Neapolitanæ Urbis Sanctorum, quorum Sæc. XVII.  
memoria ab hominibus multis retro A.C. 1626.  
sæculis exciderat, unacum historia vitæ  
cujusque Sancti edidit. Denique an-  
nis, meritisque plenus, die vigesima  
tertia Januarii septuagenario major  
Neapoli decessit, in Ecclesia sua Ca-  
thedrali sepultus.

### §. XXVIII.

#### *Odoardi Farnesi Cardinalis mors.*

Sequentis Mensis die vigesima prima *Ciacon. in*  
fato concessit Odoardus Farnesius *vita Gre-*  
*Alexandri Parmæ Ducis Filius, qui gor. XIV.*  
Romæ liberaliter educatus, atque in *Maracc. in*  
genuis disciplinis excultus, Abbasque *Purp. Mar.*  
Cryptæ Ferratæ, & tandem absens a  
Gregorio XIV. Cardinalis Diaconus re-  
nuntiabatur. Præfuit etiam primo Sa-  
binensi, postea Tuscanæ Ecclesiæ,  
Sceptrumque Ducale, quod ei Ranu-  
tius frater ipsius obtulerat, generoso  
animo respuit, totum se pietatis ope-  
ribus sacrans: præterquam enim quod  
plures Sodalitates, sacrosque Ecclesia-  
sticorum & Laicorum cætus suæ curæ  
commissos beneficiis amplissimis, largi-  
terque erogata pecunia locupletasset,  
insuper Jesuitis Romæ professorum æ-  
des, & sacrarium centenis & amplius  
aureorum millibus extruxit, Carmeli-

Ff 4

tis



Sæc. XVII. tis Discalceatis Caprarolæ Cænobium,  
A. C. 1626. ædemque a fundamentis erexit, pro-  
ventusque adjunxit, Orphanorum, &  
fœminarum a questu pudicitæ, ad  
castitatem Religiosam refugientium  
des locupletavit, Sodalitio B. Virginis  
Annuntiatæ, & Cænobia Parmensi ad  
inopes virgines dotandas erecto, non  
non Regiensi & Lauretanæ ædi multa  
aureorum millia dono submisit. Pre-  
ter Regiam hanc liberalitatem alii  
super virtutibus inclaruit, insignis ju-  
stitiae cultor, benignus in omnes, hu-  
milis, & suavis, nemini unquam injurius,  
nec facilis injuriarum ultor, qui  
folius beneficentie ambitione admis-  
duntaxat in obsequium Ecclesie & pa-  
perum levamen spirasse videbatur. Tan-  
dem egregius hic Princeps, Romana  
Curiæ ac sacro Cardinalium Collegio  
vivum etiam post mortem prudentie  
pietatisque exemplum relinquens, Pa-  
mæ anno ætatis suæ quinquagesimo se-  
cundo ad æternitatis præmium eva-  
lavit.

## §. XXIX.

*Henricus de Guzman Cardinalis  
mortuus.*

*Vñctor. in  
add. ad  
Ciacon.*

Hunc pari fato sequebatur Henricus  
de Guzman de Haro Hispanus,

qui  
tat  
len  
abl  
Ph  
na  
ræ  
rat  
ris  
en  
lib  
pa  
an  
pr  
pl  
tia  
fic  
gr  
fp  
qu  
m  
m  
m  
vi